

(Påven Gregorius XI) tillskriver Nils Johansson (Feet), kanik i Uppsala, med anledning av dennes supplik gällande dekanatet vid Uppsala domkyrka, vilket tidigare innehafta dekanen Nils Torstensson. I kraft av ett tidigare påvälgd brev har Nils Johansson mottagit dekanatet inom laglig tid, vilket ämbete ej är det främsta efter biskopsämbetet och till vilket själavård är knutet, och i samband härmed har Nils även lämnat Heliga Trefaldighets prebenda i (Uppsala) domkyrka. Men eftersom brevmottagaren är osäker på huruvida dekanatet vid tiden för mottagande och provision varit förbehållet apostolisk disposition och då han därfor kan komma att besväras i framtiden på grund av detta, medger påven att mottagandet och provisionen av dekanatet ska äga full giltighet, med hänvisning till att Nils Johansson, som redan innehåller kanonikat och prebenda vid Linköpings domkyrka, enligt egen uppgift är prästvigd och har studerat kanonisk rätt i fem år.

Reg. Aven. 201, fol. 525r-v, Vatikanarkivet.

SDHK nr 41492.

Om Nils Johansson Feet och dennes förvärv av dekanatet i Uppsala se H. Schück, Ecclesia lincensis (1959), s. 90, not 4.

Angående Trefaldighetskanonikatet vid Uppsala domkyrka se G. Dahlbäck, Uppsala domkyrkas godsinnehav (1977), s. 86 f.

Om Nils' erhållande av Heliga Trefaldighets prebenda se brev 1374 28/12 (DS nr 8690).

Dilecto filio Nicolao Johannis canonico · Vpsalensi salutem etc.<sup>a</sup> Laudabilia probitatis  
<sup>b</sup>-et virtutum<sup>b</sup> merita / super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos  
inducunt, ut te fauore apostolico prosequamur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua  
petocio continebat / quod olim decanatu ecclesie Vpsalensis per obitum quondam Nicolai  
Thorstani ipsius ecclesie decani, qui extra Romanam curiam decessit, vacante tu vigore  
quarundam litterarum nostrarum, per quas canonicatum · dicte ecclesie obtinens dignitatem ·  
vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, eciam si ad illam, illum vel illud consue-  
uisset quis per eleccionem assumj, inibi expectabas, prefatum decanatum, qui dignitas · non  
tamen maior post pontificalem · existit et<sup>c</sup> cui cura imminet animarum, sic vacantem tibique  
ex ordine debitum infra tempus legitimum acceptasti et de illo tibi prouideri fecisti canonice ·  
nisi apostolice reseruaciones obstarent tuque vigore acceptacionis ·<sup>d</sup>-et prouisionis<sup>d,e</sup> predict-  
arum dictum decanatum assecutus fuisti ac eum extunc tenuisti<sup>f</sup>-et possedisti,-f prout tenes  
g-et possides<sup>g</sup> pacifice ·<sup>h</sup>-et quiete<sup>h</sup> / in cuius assecucione prebendam curatam sancte Trinitatis  
in eadem ecclesia, quam vigore dictarum litterarum acceptaueras / et tibi prouisum fuerat  
de eadem<sup>i</sup>-et quam<sup>i</sup> fueras pacifice assecutus, dimisisti. Cum autem, sicut eadem petocio  
subiungebat, tu dubites dictum decanatum tempore acceptacionis ·<sup>j</sup>-et prouisionis<sup>j</sup> huius-  
modi fore disposicioni apostolice specialiter reseruatum teque posse propterea super ipso  
impostorum molestari / nos volentes te, qui, ut asseris, in presbiteratus ordine constitutus  
existis et in jure canonico · per quinque annos studiasti, premissorum meritorum tuorum  
intuitu fauore prosequi gracio / tuis in hac parte supplicacionibus inclinati / volumus<sup>k</sup>-et  
tibi<sup>k</sup> canonicatum<sup>l</sup>-et prebendam<sup>l</sup> · ecclesie · Lincensis obtinenti apostolica auctoritate  
concedimus, quod acceptacio<sup>m</sup>-et prouisio<sup>m</sup> predicte de dicto decanatu, ut premittitur, facte  
n-et quecumque<sup>n</sup> inde secuta perinde<sup>o</sup>-a data<sup>o</sup> presencium / dummodo dictus Nicolaus, dum  
viueret, familiaris noster non fuerit / dictusque decanatus tibi ex ordine deberetur, ut prefer-  
tur, valeant plenamque roboris firmitatem obtineant / ac si de dicto decanatu nulla per sedem  
apostolicam · specialis · reseruacio · facta foret · Nulli ergo etc. nostre voluntatis<sup>p</sup>-et concessio-  
nis<sup>p</sup> infringere etc · Datum Anagnie xvij · kalendas Septembbris, anno septimo.<sup>q</sup>

<sup>a</sup> Härefter vågformat streck. <sup>b-b</sup> Hopskrivet. <sup>c</sup> Tillagt över raden och här insignerat. <sup>d-d</sup> Hopskrivet. <sup>e</sup> Härefter  
huiusmodi överstruket. <sup>f-f,g-g,h-h,i-i,j-j,k-k,l-l,m-m,n-n,o-o,p-p</sup> Hopskrivet. <sup>q</sup> Härefter brevavslutande tecken.